

PRÆFATIO.

per ἀντωνομασίαν non dicam, quo Christus sua sacrosanctissima placita familiari maternaque lingua exponere uoluit, & unde contra innumeros deprauatores exemplarium & sententiarum Christi summum ueritatis remedium & testimonium fidele, tãquam ex ore ipsiusmet Christi profectum suppeditetur? ) ipse Cancellarius inscripsit, notauit, statim adfui, non sine diuinæ Prouidentiae numine. Nam præterquam quod statim apud Gasparum sculptorem curauì rem ipsam pro utriusque linguæ apparatu ( characteres enim Arabicos minusculos etiã ibi exculpi curauì, nedum Christianos fundi suis legibus feci ) Deus bone quãta humanitate me excepit tua Maiestas? Vel unum hoc fidẽ fecerit, quòd ubi uix tuæ Vniuersitatis summis professoribus ex prisco studiorum usu so aureos numos in annum salarium curares, mihi statim ab ipso ingressu 200 repræsentari statuisti: non tam ideo, quòd penes Regem Galliae Franciscum, bon. memo. eadem salaria antequam pro Concordiæ orbis studio & Peregrinationũ necessariorum curis pro conquirendo Peregrinarum harum linguarum Euangelio necessariò suscipiendis illa reliquissẽ stipendia, tantundem docendi causa habebam: sed quia à Cancellario acceperas, me uel longè maioribus esse retinendum, ut tam nobile opus ex Coronæ tibi Diuinitus concreditæ Regno, cura & umbra procederet. Quid enim unquam posset fieri maius, quàm ut à Romanorum Rege, quo uocabulo longè ipse es quàm uel mille Imperatoris nominibus illustrior,

illustrior,